

Miszelle

Brunos Dedikationsgedicht

Von

Johannes Fried

- Scribere qui tibi digna putat,
Ardua temptat et alta parat.
At michi, cesar, habunde sat est,
Si minimum quid ab ore placet.*
- 5 *Vix, fateor tibi vera, tuis
Sufficit ingenium meritis,
Nec humili tua facta decet
Carmine quilibet extenuet.*
- 10 *Sic tua vis riget in reprobos,
Sic fovet et pietas placidos,
Ut mereare pater patrie
Atque hominum fore delicie,
Spes populi, probitas, columen,
Presidium, decus et specimen,*
- 15 *Gratia, cura, paternus amor,
Laus, iubilatio, summus honor.
Ira, furor, scelus et rabies
Terga dat et tua iura timet;
Gloria, pax, decus et requies*
- 20 *Aurea te duce secla refert.
Deciderat studium veterum
Et vigilancia pene patrum,
Cecaque secula barbaries
Seva premebat et error iners.*
- 25 *At tua dextra ubi sceptrum tenet,
Publica res sibi tuta placet;
Exacuit calamos studium
Fertque, quod apparat, ad solium.
Bruno nec ipse tuus dubitat,*
- 30 *Quin tibi qualiacunque ferat
Munera vilia iure quidem,
Non tibi prorsus inepta tamen.*